


Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas
Antverpiae, 1595

Ver. 2. Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546



IN MATTHÆI CAP. 2.

Ver. 2, Magi ab Oriente venerunt Hierofolymam.

AGI isti nec è terra Chaldæorum aut Mesopotamiæ regionibus venerunt, vt Origenes contra Celsum lib. 1. & homilia 13. in Num, Basilius in homilia de humana Christi generatione, Hieron. super Isaiæ cap. 19. & 47. ac demum Chalcidius Platonicus in Timæum Platonis scribens existimarunt: nec etiam ex Perside quasi Persaru Magi, ve multis veteribus vilum eft, Clementi Alexandr. lib. 1. Strom. Chrysoft. homil. 6, in Matth. Cyrillo in cap. 49. Theodoreto lib. 5. Magos ex cap 39. hist. eccles. Leoni Papæ serm. 1. in Epiph. Arabia sedex Arabia, ve iuxta manifestas Scripturas alij venisse. Patres docuerunt, Iustinus Martyr in dial.contra Tryph. Terrull. lib.3. aduerfus Marcionem, & in lib. contra Iudxos, Epiphanius in compend. doctrina, Hilarius lib.4. de Trinitate, & Cyprianus in serm, de Stella & Magis. Sic Dauid prædixerat Pfal. 71. Reges Arabum & Saba dona adducent. Sic & I sai .cap .60 .Inundatio camelorum operiet te , dro= medarij Madian & Epha-omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, &c. Madian autem & Epha regiones sunt trans Arabiam, omnisque prouincia appellatur Saba, ait D. Hieron. in hunc locum Esaiæ. Madian quippe filius fuit Abrahæ ex Cętura vxore, ei usque filius Epha, Saba quoque filius Iexam erat filij Abrahæ ex eadem Cætura, Gen, 25. Hi omnes Arabiam incoluerut, Istis enim aliifq; ex Cætura filijs Abraham munera dedit, ve eadem



ANTIDOTA EVANG. eadem Scriptura docet, & ad plagam Orientale, quæ erat Arabia, dimisit. Porro interhæc munera (vt scribit Epiphan, ex hebraicis traditionum fontibus, in compendiaria doctrina) conclusir in peris eorum aurum, thus, & myrrham ex spolijs Regum Sodomorum & Gomorrhæ. Gen. 15. Isti posteri Abrahæ in partibus Arabicis Magodiæregionishabitabant. Vndeetiä fortasse Magidicti funt. In textu Syr, vocantur popp; & Suidas Maguscos à Magis ortos hósq; philotheos fuille affirmat. Epiphanius quoque in comp. doctrina adytorum & facrorii duces Magufeos definit. Cæterum ex Arabiaillos venturos alia Scriptura prædixit Isai.cap.8. Antequa sciat puer vocare patrem, & matrem suam , capiet vim Damasci & spolia Samarie euntra Regem Affyriorum. Hæc quippe munera à regibus illis Damascenis per Abraham recepta funt, vt fuprà dictum eft. Damafcum enim ciuitarem fuille olim in Arabia posiram scribit Iusti-Par. I. nus loco citato: quamqua & ipsa Syria Damasci, cap. I. Arabianominatur à Brocardo in descript, terræ fanctæ. Sane illam Scripturam in his Magorum Contra muneribus impletam fuisse diserte docet Tertul. Marca Nam per regem Assyriorum ibi nominatum, iplib.3. sum Herodem intelligi posse vsitatus Scriptura loquendi modus docer; quæ populi Dei hostes eo nomine frequenter delignat; vt & notauit Iustinus Martyr loco citato. Porro Balaam qui de hac Num.23. stella prædixerat, Drietur stella ex Iacob, (vnde à Balaam pertraditionem maiorum hancstellam didicisse hi Magi perhibetur) tametsi ipse in Hara Mesopotamia habitaret, & Chaldeusesser, vt apparet Num.23. (que reseosfefellit qui hos Magos ex Chaldra venisse arbitrati sunt) tamen hoc vaticinium nonin Mesopotamia, sedin Arabia pro-

IN MATTH, CAP. II. auntiauit. Nam Moab cuiusrex erat Balac, & apud quem Balaam hic vaticinatus fuit, ciuitas atque prouincia eius nominis est in Arabia, vt docet Hieron, in libello de locis hebraicis, & in cap.15. Esaiæ. Veneruntigitur hi Magiex Arabia, sed interiori illa & remotiori, quæ ad meridiem le diffundit, quæ tota Iudeæ orientalis est, maximè fi ortu folisin hyemali folftitio spectes, quo tempore Christus natusest. Sicuti ergo ex Saba eiusdem Arabiæ venit Regina Sabæad Salomonem cum maximis muneribus, quafi tentatura, an hic effer ille Rex à Balaam prædictus, & stella ex Iacob; sic ad Christu, cuius typus Salomon erat, veneruntisti Magi cum muneribus, & verum Regem inuenerunt. Fuisse autem hos Magos Reges, & Reges tres, quia in Prompt. Cath. in die Epiphaniæ oftendimus, hic nihil repetimus. Illud folu addimus, turpiter à Caluino proferri authore operisimperfe-Eti in hunc locum, apud Chryfost, quod hi magi 14. estent, tum quia author Arianum se prodidit, tum quia non nisi ex fabuloso libello rem narrat. tum præterea quia non tot Magos ad Christum venisse, sed tot Magos ex longa successione hanc stella expectasse scribit. Venerunt auté post natum Christum die 13. quem adhuc in Bethlehem inuenerunt, & in præsepe positum adorauerunt, vt clare affirmant Patres. Chryfost in hunc locu homil.6. & 7. & in 1. Cor. Hom. 24. August. serm. 2.de Epiph. Hieron.epist. 14.17.88.27. Hos aute Magos fuisse quidem antea malis artibus magicilque excantationibus deditos, simulque astrologos curiolos, fed ab hac Itella edoctos ad veritatem conversos, tam multi Patres affirmant, vt vix absque temeritate negari debeat. Sic enim icri-

fcribunt, Ignatius in Epist. ad Ephetios: Iustinus Mart. contra Tryphoné: Origenes contra Celfum lib. 1. & homil. 13, in Num. Basilius in orat. de humana Christigeneratione: Hieron. in Isai. cap. 19. & 47. Pro hoc sensu facir vox Hebraica hoc loco pranco que sapientes vel præstigiatores significat à rauice que præstigium.

Caluini maledi – centia re – fellitur.

Porro ex hac explicatione; garrula Calumi maledicentia & ignorantia refellitur. Plufquam ridiculi (inquit) Sunt Papista quod Reges sibi fabricant, quia Pfal. 72. 10. prædictum legebant venturos Reges Tharsis & Insularum & Saba qui munera Domino offe= rent. Ingeniosi artifices videlicet, qui vt nouam hominibus formam darent, à mundi conversione coperunt. Nam ex meridie & Occidente fecerunt Orientem. Hæcille. Ingeniosus saneimpostor Caluinus, qui vt noua formet dogmata, à totius Ecclesia contemptu orditur. Nam antiquos Patres in Papistas convertit, & diuini Spiritus certissimu vacicinium scommate eludit. Nec eum pudet dicere nos ex Occidente fecisse Orientem, qui Euangelium aperte dicat Magosittos ab Oriente venisse: viide ille qui vel ex Chaldea vel ex Perfide hos magos venifse sustinet, prorsus ex Oriente fecir Meridiem & Occidentem. Et tamé tam leui scommate quum lusisset, ita fortiter concludit, ac si fortissimis argumentis pudendæ inscitiæ Catholicos conuicis. fet. Sic enien addit. Nec verò dubium est quin insta Dei vindicta obstupefacti fuerint, vi omnium ludibrio pateret crassa eorum inscitia quibus Dei veritatem adulterare & in mendacium vertere nulla religio fuit. Vides lector quam vehementer concludit, quod nullo argumento probauit. Quæ autem à nobis de his Magis tum hoc in loco tum alibi, vt suprà designatum

IN MATTHAEI CAP. 3. tum est, in medium prolata funt, omnium iudicio relinquo an ipsum Caluinum crassa admodum inscitiænon conuincant, vt ad hanc accusationem tamatrocem hoc loco instituendam, iusta Dei vindicta obstupefactus videri queat, vt omnium ludibrio pateret, tum inscitia eius, tum maledicentia: cui (vt in sequentibus demonstrabitur) euangelicam veritatem adulterare & in mendacium vertere nulla religio, perpetua confuerudo est.

IN MATTHÆI CAP. 3.

Prædicans in deserto Iudæa. Ver. 1.

AXIMA est hocloco, pertinax, & generalis omnium hodie hæreticorum Limpietas, Scripturæque euangelicæ deprauatio. Negant enim in vniuersum omnes Ioannem Baptistam in aliquo deserto proprie di-Cto, in solitudine aut eremo aliqua vixisse, sed solum domi paternæ in locis montanis ac faltuofis vitam egisse. Quod dicitur Ioannes concionatus in solitus dine (ait in hunc locum Beza) non est ita accipiendum quasi fugerit hominum conspectum, vt ij postea fecerunt qui Toannis dicti sunt Eremitæ: sed desertum ex vulgi consuetudine hic Baptistæ vocatur regiofaltuofa, in qua habitabat Zacharias, vt fcri: habitatio. bitur Luc. 1. Ibi quoque futffe domum Ioab legimus 2. Reg. 2.6 buius deserti sex oppida numerantur Ios. 15. Hæc Beza. Nempe quia Lucæ 1. Zacharias pater D. Ioannis dicitur habitasse in montanis in ciuitate Iuda, argumentum capiunt isti hæretici, Ioannis desertum nihil aliud fuisse quam domum paternam in locis montuosis positam. Sed eoru ignorantia